



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

De Sacerdote non applicante fructum Missæ suæ parag. 12

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

Simili intentione. *Applico Missam pro Petro cuius oblitus sum, si is fructum Missæ à me illi debitum non est lucratus, secus applico pro Antonio; vel contra: nam Deus, cui explorata sunt omnia, illi, cui fructus defuit, applicabit.*

## §. XII.

*De Sacerdote non applicante fructum sua Missæ.*

**S**I Sacerdos, sive per oblivionem, sive per iniuriam, sive è data opera, nulli applicet fructum suæ Missæ, talis fructus cuius erit? Suarez, *a* & Vasquez *b* nemini dandum esse docent, sed reponi, seu remanere in Ecclesiæ thesauro. Ratio est (inquiunt) quia Sacrificium, quod est essentialiter oblatio, alicui non prodest, nisi pro illo offeratur.

Delugo

*a* *Suar. de Sac. d. 79. sec. 9. §. 3. inquiri potest* *b* *Vasqu. disput. de Euc. l. 2. §. 1. 6. 3. n. 10.*

Delugo a putat prodesse Sacerdoti, nam licet Sacrificium nulli alteri prode sit nisi, pro illo offeratur, prodest tamen ipsi offerenti, etiam si pro se non offerat: sicuti ieiunium v. gr. meum non prodest alteri, nisi pro eo applicem, at prodest mihi, quamvis mihi non applicem.

2 Sed quidquid sit de his, omnes fateri debemus de facto, & regulariter prodesse ipsi Sacerdoti, ceterisque Fidelibus. Ratio est, quia omnes Sacerdotes saltem implicitè semper intendunt sibi, & fidelibus applicare, quando alteri non applicant: id quod satis innuunt illa Missæ verba: *Offero tibi pro innumerabilibus peccatis meis. &c.* & illa

*Pro omnibus Fidelibus Christianis, vivis atque Defunctis, ut mihi, & illis proficiam ad salutem.*

g. XIII

Delugo de R. sch. d. 19. sec. 8. v. 4